



Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XCV. Everhardica Clvsia, Vvlgo Eberharts Clausen, in d. Treuerensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

prope *Igelstein*, alias Conuentus combustus.

S. Augustini, Augustinianarum in platea Schmirnensi, *im Cedervall* vulgo.

In der Cellen, Augustinianarum in eadem platea.

S. Ignatij, Clarissarum.

S. Annæ, ad agnum inferiorem Clarissarum, in platea lata.

S. Annæ ad agnum superiorem, Clarissarum in eadem platea.

B. Mariæ Virginis, Clarissarum, *in der Strukgassen*.

S. Iosephi, Clarissarum, ex opposito horti Christi, in parochia S. Columbæ, alias, *Lousconuent*.

S. Trinitatis, Carmelitarum, iuxta parochiam S. Iacobi, *in der Buttgassen*.

Sic Erhardus VVinhemius in Sacrario Agrippinæ.

C A P V T X C V .

EVERHARDICA CLVSA, VVLGO
Eberharts *Clauen*, *in d. Treuerensi*.

Dicitur hoc cœnobium tertio lapide ab urbe Treuerensi, quod ex eleemosynis vtriusque sexus hominum certatim undeque ad B. Virginem ex omnibus prouincijs concursantium, hoc modo emersisse 1440. ibidem legitur. Erat, anno domini 1440. labiorie

briosus quidam, rusticæque vitæ & artis homo, omnino simplex, *Euerhardus* nomine, ex pago *Esch* oriundus, agricola, vinitor, & sector straminum in usum & pastum iumentorum, virginitatis ac pudicitiae summus amator, qui ob deuotionem quam à pueris conceperat, maximam erga matrem Domini, B. virginem *Mariam*, stipitem quendam in loco isto tunc temporis deserto, terræ infixit, & in eo superius excavato, imaginem tristissimæ ac dolorosissimæ matris in gremio extinctum habentis filium collocavit. Is postea à gloriofa virgine admonitus & coactus, domunculam paruam eidem ædificauit; & sublato stipite illam ipsam adhuc e loci præsentem, suoque pretio Treueri prius emptam in priori muro domunculæ reposuit. Vbi cùm miracula plurima fierent, & oblationes innumeræ quotidiè accederent ab hominibus, religionis ergo eò cateruatim venientibus; mox his oblationibus adiutus *Eberhardus*, facillum paulo grandius fabricauit; & postea circa idem facillum basilicam in longitudine 26. in latitudine vero 12. passus habentem fundauit, & ædificauit in anno Iubilæo. Quò mox factus est maximus omnis generis hominum concursus.

Hanc basilicam reuerendissimus Dominus, Iacobus de Sirgk archiepiscopus Treuensis centesimus præsentibus prælatis pluri-

N 2 mis,

mis, in die annuntiationis B. Virginis Mariæ,
1449. anno Domini 1449. solenniter dedicauit.
 Eberhardo auté anno Domini 1451. in pace
 quiescente, cōsentientibus & id desideratibus
 dominis fundi, imprimis vero Domino Go-
 defrido de Esch, ordo Canonicorum regula-
 rum sancti Augustini introductus est anno
1456. Christi 1456. Hi nouum chorūm ædifica-
 runt; & anno domini 1474. dedicari fece-
 runt. Structuras etiam vtriusque ambitus &
 multorum ædificiorum erexerunt, & basili-
 cam maiorem quæ hodie visitur antiqua de-
 iecta ac destruēta, ad summum compleue-
 runt; cuius dedicatio facta est anno domini
1502. 1502.

CAPUT XCVI.

KICHGENTENSE MONASTE-
rium, in D. VVormatiensi.

Monasterium istud renouauit atque il-
 lustrauit Fredericus II. VVorma-
 tiensis Episcopus, quod, pestilenti lue ex-
 stinctis monialibus, dedit regularibus
 Canonicis incolendum circa
 ann. 1440.

F I N I S.